

N. 83. Politica Vetus ac moderna.
Ac primo an regnantes hodie ac
olim plus rationis exhibeant?

N. 88. De Administris & Consilia-
riis veteribus ac modernis.

N. 89. De Legislatoribus.

N. 95. De legum mutatione.

N. 96. De administratione Justitiæ
veteri ac hodierna.

N. 101. Oeconomia 103. tributa,
105. mercatus.

N. 110. De belli artibus veteribus
ac modernis.

N. 115. De Mathematica.

N. 120. De Mechanica.

N. 121. Pictoria.

N. 122. Statuaria.

N. 123. Fusoria.

N. 124. Sculptoria.

N. 125. Machinaria.

N. 126. Architectonica.

N. 127. Musica.

N. 128. Ars typorum, horologio-
rum, Calcographiæ. Remissio
ad Alexandrum Taffonum.

N. 130. Idea Spiritus Fortis quæ!

N. 131. Spiritus fortis qui negat
omnia?

N. 133. Canones aliquot de natura
Spiritus fortis & debilis. Ofsen-
ditur Atheos & alios irreligiosos
esse Spiritus debiles.



PRÆ-



P A R S I.

Quid per regnum Rationis intelligatur?
Et quomodo de illo nos tractabimus?

Incipere
à Defini-
tione

1. In omni tractatione,
quod Tullius de Of-
ficiis probe vidit, in-
cipiendum fere est à
finitione, ut quæ qualis-
que ea sit res, de qua Ser-
monem habiturus sis, de-
cernas.

novi ne-
gligunt,

2. Novi quidam Scripto-
res ut alia multa peccant,
ita & hoc negligunt: ut
videantur aut effugiis quæ-

rere locum, si quis forte eos
reprehendat, aut etiam de-
cipere incautos velle.

3. Ita multi hodie *Ratio* nec do-
cent quid sit *Ratio*,
neque definiunt, quid de-
mum aut quæ sit ea ratio
quæ laudant,
sed *rationem* tantum, *ra-
tionem*, ipsam *rationem* in-
geminant. Ex quo fit, ut
quidquid usquam vel febrici-
titan-

A

citan-

citantis incipiti inciderit, incauti homines id vocent *rationem*, cum sit forte turpe rationis detrimentum.

nec quid præjudicium quod reprehendunt,

4. Nec aliter faciunt ii, qui identidem nos hortantur, uti *Præjudicia* ponamus, siquidem sapere ferat animus. Quid porro quæve sint præjudicia cum nupiam definiant, animis inconsultum horrorem ingenerant ab omni iudicio folido; aut certe male instructos faciunt multa optima iudicia exuere tanquam hæc essent præjudicia.

Utrosque hos duabus aliis opellis ostendimus parum sane fecisse, in *Hypodigmate*, & in *Præjudiciis* reprehensis præiudicio majore.

nec quid regnum rationis quod extollunt.

5. Nunc cum docti nonnulli sæpius in ore habeant **REGNUM RATIONIS hodiernum**, neque dicant ii tamen, qua maxime in re tantum regnum consistat, idem peccatum hi quoque peccare videntur.

Non enim parum blandiri & doctis videtur & in-

doctis ea vox: *Hodie præ ceteris viget Regnum rationis*. Hoc enim injicere animis hanc opinionem cit *negligentes*, potest, absque ulteriori

examine recipienda, probanda, agendaque esse omnia, quæ hodie proferruntur in medium. Nam si hodie Ratio summum vigorem obtinet, haud dubie omnia quæ reipsa hodie fiunt aut suadentur probanda sunt; proficiuntur enim omnia ex ratione, quæ ratio cum hodie summum imperium obtineat, non pateretur sibi repugnare actiones humanas. Ad quid autem, ad quas regulas, quæve exempla ego examinarem hodiernam rationem? Ad veterum doctrinam, mores & exempla? Hoc quidem erit absurdum. Nam veteres illi homines albæ mentis & rationis prope modum cæcæ fuerunt; neque res suas ex rationis imperio gesserunt; ratio apud ipsos serva fuit sub tyrannico auctoritatis iugo tabescens: & ad hanc servitutem examinetur regnum hodie rationis? Man-

& præsumptuosos,

Mancipia illa regula sint atque, norma reginæ rationis? Non: quidquid novus aliquis doctor præceperit dicendum, faciendum, sentiendum, proni adorabimus, præcipue si scientifica methodo mathematicè illud demonstraverit. Hæc enim ex hodierno rationis regno sunt, hæc decreta Principis nostræ unicæ Rationis, quidquid delira antiquitas, quidquid Tyrannica Auctoritas oggannierit.

& rationi aufert auxilia.

6. Rursus ea præfidentia de regno rationis hodierno perperam intellecto potest ipsi rationis regno non parum afferre detrimenti. Nam ingenium aliquod hodiernis nimium ac sine discrimine fidens omittit examinare præterita etiam bona & præclara, sed ea contemnit. Itaque exiit magno adjuvamento, quo poterat ad acrius iudicium pervenire. Sicut enim puerorum iudicia formantur atque emendantur si ipsi eadem comparent cum iudiciis seniorum; ita hodierno-

rum hominum illustratur iudicium si illud contentant cum sapientibus præteriti temporis tanquam veteranis usuque probatis. Quo auxilio sese spoliant; qui hodierni regni rationis existimatione sine discrimine imbuti sunt & abrepti. Ereptis autem sapiendi adjumentis & auxiliis infirmius fieri regnum rationis, in confesso est, quemadmodum exercitus ereptis armis.

Operæ igitur pretium me facturum existimo, si quid per *regnum rationis hodiernum* intelligere videntur isti (quando ipsimet hoc occulunt aut negligunt) exponam, aut exquiram.

I.

Regnum rationis consistens in multitudine intellectuum.

7. **N**uperus quidam auctor, Auctori Spiritus legum similis ut ovum ovo, in libello Gallico, quem

quem nominare tanti non est, Rationis fortitudinem, excellentiam sive regnum constituit in hoc, quod quis brevi tempore plures justas cogitationes exercent; hoc est, ut ego interpretor, plures veras intellectiones. Sic qui intra quadrantem horæ decem habet intellectiones, is duplo fortio- rem habet rationem al- tero, qui nonnisi quin- que elicere potis est.

quam Al-
gebrâ
probat,

Ad id comprobandum (inventus erat enim, qui contradiceret) auctor educit copias etiam mathema- ticas, & qui alibi statuerat Polygamiam esse negocium calculi arithmetici, is nunc eandem pulchram cogita- tionem adhibet etiam ad regnum rationis. Alge- bra enim usus mathemati- ce demonstrat, fortio- rem esse spiritum, qui intra qua- drantem habet cognitio- nes veras decem, præ al- tero habente nonnisi quin- que. Calculi itaque ne- gotium est hæc de regno rationis disquisitio.

8. Mihi, tametsi tria verba de Algebra teneam

mus, non vacat lectori Arabicis zifris & quasi ma- gicis signis esse molestum; cum ipse quoque judicatu- rus sit, absque his etiam sapere esse concessum, si- cut absque præstigijs me- dicorum signis concessum esset pharmaca nosse, aut etiam bene valere. Du- bitationes tantum aliquas exponam, quæ illa legen- tis animo occurrerunt.

Primo siquid illa valent, videtur mulieri- bus adju- dicare regnum rationis, plurima cogitan- tibus, pueri & mulieres erunt re- ges & reginae rationis, & fortes spiritus. Hæc enim genera nusquam facile im- morantur cogitatis. Hinc est quod eodem prope mo- mento jam stertui indulge- ant, jam in risum solvan- tur. Expecta quindecim temporis minuta; facile quindecim cogitata ipso- rum numerabis de rebus oppido diversis: quæ ta- etiam vera men cogitata omnia cum sint vera, puerum necesse est spiritu fortio- rem esse quam profundum quem- quam Theologum, qui tantundem temporis uni forsitan syllogismi propo- sitioni impendit, cum in- terim

terim muliercula omnem civitatem ac regionem per- vagata jam sit. Cogitavit enim se heri in foro fuisse, hodie in templo, vicinam nova veste indutam appa- ruisse, soboli suæ male ser- vitum à ministris, contu- meliam ab affine irroga- tam sibi esse ulciscendam, cras se ituram rus, cibum esse parandum, socias has sese nolle, & quid ego scio de omnibus uni muliercu- læ cogitatis? neque sum tam forti spiritu, ut mo- vere illum profectio tam volucris per tot avia invia- que possim.

Belli spi-
ritus
abundant
cogitatis,

9. Deinde hoc auctoris systema videtur confictum esse in gratiam Belli Spi- ritus, hoc est in gratiam ip- sius auctoris, qui certe bel- lus est spiritus, sive ele- gans ingenium. Nam in parvo libro de spiritu le- gum tot sunt coacervatæ cogitationes, quot vix in triplo quadruploque ma- jore volumine reperirent locum. Magni igitur at- que fortis cujusdam spi- ritus esse deberet illud opus, nisi deesset aliquid, quod

debiles
tamen
sunt.

tamen forte parvi momen- ti à multis judicabitur; ni- mirum quod ibi dicta sæ- pissime nec vera sint, nec cohæreant, nec sibi con- sentiant, neque sint solida. Vid. Disquisitio Spiritus le- gum. Certe Belli Spiritus eam affectant, & quan- doque obtinent laudem, quod sint versatiles, quod illud *P in promptu* Gallis dictum in eorum spiritu ac verbis regnet, argutiis abundant, ac nullibi hæ- reant, pulcreque se evol- vere valeant.

10. Contra vero debiles esse debent Spiritus & infimi in regno rationis ordinis illi, qui uni cogita- to diutius inhærent. Ita Democritus debilis fuerit, quem ferunt oculos sibi- met eruisse, ne per illas fenestras diversæ subirent imagines impedituræ ne uni rei vacaret animus. Debilis ille, qui nescio quot annos assedit apud alveari vitreo, ut parvu- læ hujus gentis œcono- miam omnem edisceret ac- curatius.

Uni mul-
tum in-
tendens
ex hoc
esset de-
bilis spi-
ritu,
contra
sensum
commu-
nem.

Male etiam censuit Seneca, qui iussit sapientem unius libri esse lectorem. Quippe si plures legeret plura subirent animum cogitata, fortior efficeretur spiritus. Male item suaserunt, qui ad doctrinam tendentibus consuluerunt, uti plures quidem scientias degustarent, sed uni deinde se totos dederent: quæ Plutarchi sententia est in libro de educatione puerorum.

Cartesii
contraria
sententia
suadet
multa ab-
jicere.

11. Denique hæc sententia Cartesii & plerorumque novorum decreta evertit. Cartesius enim vult scientiam incipientem esse ab expulsiōe omnium quæ unquam didiceris. Novi quoque ceteri, ipsique maxime regni rationis præcones jubent præjudicia ponere, hoc est omnia quæ à puero didiceras & hætenus sciveras. Neque apparet idonea aliqua ratio cur id velint, nisi quod existiment, tam multa varietate cogitatorum impediri à vero mentem, eaque multitudine obsessam non posse ad in-

tuitum ipsius rationis penetrare. Restringendam itaque ad pauca mentem ut fortior evadat spiritus.

12. Si parva licet componere magnis (& licet sane, quia à parvis ad majora ipsa natura progreditur) in artibus liberalibus & mechanicis Auctoris huius systemati experientia repugnatur. Est autem experientia & erit semper rerum optima magistra. Pictor non ille est excellentissimus qui uno die plurimas imagines pingit, bonas omnes. Sed qui plurimis licet diebus unam solam deduxerit ad perfectam naturæ imitationem, illum periti judicant arte excellere: non enim quamdiu laboraverit, sed quantum perfecerit ad artis præstantiam pertinere sensus communis & bonus iudicat. Quippe si aliter res haberet Bertoldigadienses quidam opifices quovis Phidia essent præstantiores, ut qui uno die facile quinquaginta parva signa ex ligno detornant, cum Phidias quinquaginta die-

In arti-
bus ex-
cellit va-
cans uni

bus

bus vix unum effingeret. Et Tyrtæus pessimus poetaster ducentis uno die versibus utcumque depactis præstantior Marone esset, qui numerum versuum diurnum ad decadem unam redegit.

Algebra
huc non
servit.

13. Quidquid igitur Auctori illi demonstraverit mathematicæ Algebra, quidquid etiam Cabala sublimior vaticinata fuerit, nos quidem haud movet, qui sensum communem etiam repugnante Algebra sequendum existimamus. Et regno rationis ducimus parum fore consultum, si omne illud problema pro regula rerum spiritualium est accipiendum, cui post prolixum cifrarum & characterum ordinem adscribuntur notæ hæ: Q. E. D. Sicut non omnes illæ propositiones Logice aut Metaphysice demonstratæ sunt, quas præcedit pulcra vocula: ERGO. Sicut enim Logicæ demonstrationes inanes sunt, si forma sola spectetur reluctante materia; ita progressionem, æquationem &

cetera norma Algebraica putidæ sunt, nisi res respondeant; cum veritates non in quibusvis utcumque cogitatis consistat, sed in cogitationum cum rebus cogitatis conformitate; eam autem conformitatem omni momento obtinere fit multo difficilius, quam truncum Mercurio similem scalpro reddere uno ictu. Vid. Præjudicia reprehensa Num. 56. 59. 64. &c. usque 119.

II. Regnum Rationis consistens in unitate intellectionum,

14. Alius modernus auctior multo celebrior in diversam viam abibat. Is fortitudinem spiritus existimat consistere in hoc, si quis uni cogitationi diutius immorari possit; infirmiore porro, si continere se non valeat, quin ad diversa accipere evagetur. Hinc fatetur, Metaphysicos gaudere forti spiritu: jubetque Metaphysicos fieri fortes de spiritu

in numero
aut
tempore.

alter enim præstantiam constituit in numero & copia, alter in tempore & mora. At ratio nec numerus est, nec mora. Equidem & Tullius *celeritatem* hoc est temporis modum adjungit: sed is non videtur esse præcipuus ejus scopus; sed videtur potissimum hoc velle, ut Sapientia consistat in certa discretione finis ac mediorum: cui si accedat celeritas, haud dubie felicior est illa sapientia, non tamen ob id etiam fortior. Quemadmodum fere vir robustus vi adversarium subigens fortis est: si accedat agilitas & ars athletica citius quidem vincit & ob id felicior est, sed non fortior.

19. Sed hic jam hujus disquisitionis faciamus finem. Si ex pluribus, præcipue novis, interrogavero, qua in re ipsi regni rationis majestatem ac præstantiam constituent? tot erunt sententiæ quot capita, quæ etiam pro cogitatis à se tanquam pro aris decertabunt,

Deinceps ad propositum nobis Argumentum convertimur.

Parte Secunda afferemus aliquot argumenta pro regni rationis hodierni præstantia, petita maxime ex multitudine doctrinæ seu intelligendi copia: iisque argumentis respondebimus.


Parte Tertia Argumentis aliis ostendemus, veteribus regnum rationis potius adscribendum videri quam hodiernis.

Partem Quartam appendicis in modum dabimus, paucis tantum exposituri, quid nobis videatur de illis, qui hodie dici amant **SPIRITUS FORTES?** de illis nempe, qui pleraque præcipue divinarum rerum negant, & ad atheismum, deismum vel naturalismum ita dictos pertinent. Quamquam enim hæc tractatio locum proprium meretur, quem ab alio quodam implendum optamus, tamen & hic non tacebimus, ubi de rationis

Ordo
deinceps
hic tra-
ctando-
rum.

tionis viribus & regno nobis instituta disputatio est, illos spiritus **FORTES** dictos nobis videri admodum **DEBILES**. Si vera

vidimus, mecum, lector, ad debilitati succurrendum labora; si peccavimus, emendandus adsum.



PARS II.

Si Regnum Rationis, sive Fortis Spiritus consistit in hoc, quod æquali tempore possit plures intellectiones justas exercere, Spiritus hodiernorum hominum non est fortior Spiritu antiquorum, nec Regnum rationis hodiernum majus antiquo.

Primum Argumentum pro Regno rationis.

rent historias, Genealogiam, Geographiam, Antiquitates, linguas varias.

Hodie
fuere do-
cti pueri.

20. **N**ostra ætate inventi sunt docti pueri, ac præcoces docti, quorum extant historiae. Fuere enim qui decennes ex Philosophia, Jurisprudencia, Theologia disputarent. Fuere qui ætate longe inferiore, utpote trium vel quatuor annorum, tene-

21. *Repono 1.* At tales Sed & fuerunt non tantum nolum strâ memoriâ, sed etiam avorum atavorumque tempore. Igitur siquid ex præcocibus istis est inferendum, non hoc potest inferri: nostro tempore tantum regnum rationis valet; Sed debet inferri, regnum rationis valuisse & nostro tempore & tempo-

B 2

re